

DE NULLITATE SENTENTIE.

5. Contingit aliquando, quod postquam sententia definitiva lata est, adversus eam agitur per viam nullitatis, & si appareat nullam esse, 6. *Judex*, qui eam protulit, retractare poterit, (d) 7. & licet de *Jure Communi* nullitas adversus sententiam perpetuo opponi poterat (e) 8. tamen de *Jure Regio novissimo* predicta nullitas intra sexaginta dies connumerandas à die intimationis sententiae opponenda erit, (f) five de nullitate agatur per viam actionis, five per viam exceptionis, ut resolvit Covarruvias. (g)

9. Et advertit, quod interim quod agitur de hac nullitate ex probabili ratione, tempus ad appellandum concessum non currit. (h) 10. Et quando nullitas dicatur tractari principaliter, & quando incidenter, & quando impedire debeat executionem sententiae, eleganter tradit Covarruvias. (i) Et quia ista materia nullitatis est valde proluxa, & diffusa, requiriturque integrum tractatum, ideo eam misfam ex consilio facio, cum de ea videndus sit Sebast. Vantius in illo integro Tractatu de Nullitate sententiae. (j) Et pro juvenum instructione forma petitionis nullitatis, & sententiae erit concipienda modo sequenti.

PETITIO NULLITATIS.

Ilustre Señor.

11. „ Geronymo, en la causa con Pedro, digo: que Vmd. dió, y pronuncio cierta sententia definitiva contra mi, y en favor del dicho aduerto; y hablando con el dueño acatamiento, la dicha sententia fue ninguna: porque hallará Vmd. que esta causa se ha ligado por persona del dicho Pedro, el qual es menor de veinte y cinco años, y tal por su aspecto parece: y así conforme à derecho, no es persona legitima para poder estar en Juicio sin su curador, demás que en el dicho pleyto no se hizo publicacion de testigos, aunque por

mi fue pedida: ni se hizo conclusion para sententia, como del proceso consta. Por que pido à Vmd. declare la dicha sententia por ninguna, y à mi me abuelva, y de por libre de la instancia, y juicio, sobre que pido justicia, y el oficio de Vmd. imploro, y las costas, protesto, y juro en forma de derecho, que esto no pido de malicia, &c.

12. *El juez manda dar copia de esta petition à la parte contraria, y la parte contraria responde, negando haver havido nulidad. Y si la nulidad alegada se ha de probar por testigos, de manera, que no conste de los Autos del proceso, el juez lo recibe à prueba con un breve termino, y presentan sus interrogatorios, y por ellos se examinan los testigos, y se hace publicacion, y conclusion, y el juez pronuncia sententia en la forma siguiente:*

SENTENTIA NULLITATIS.

¶ „ Visto este proceso, &c.
13. „ Fallo que la nulidad pedida, y alegada por parte del dicho Geronymo hubo, y hà lugar, como consta por los Autos del proceso: por ende digo: que debo dar, y doy por ninguna la sententia definitiva por mi dada en este proceso, y la debo anular, y revocar en todo, y por todo, como en ella se contiene: y haciendo justicia, abuelvo, y doy por libre al dicho Geronymo de la instancia de este juicio, condeno en costas al dicho Pedro, cuya tasacion en mi reservo. Así lo pronuncio, y mando por esta mi sententia, &c.

SENTENTIA, IN QUA DECLARATUR locum non esse nullitati.

¶ „ Visto este proceso, &c.
14. „ Fallo, atentos los Autos, y meritos de este proceso, que de la nulidad pedida, y alegada por parte del dicho Geronymo, no hay lugar de derecho, por lo que de este proceso resulta: y porque el dicho Geronymo no probó, lo que en este caso probar le convenia: en cuya consecuencia debo mandar,

„ Y

(d) Juxta text. in cap. *Fraternitatis*, de *Frig. & malef.* & in cap. 2. de *Purgat. canon.* & in leg. fin. Cod. de *Senti. que sine cert. quant.* & in leg. 1. Cod. de *Senti. & interl. omn. judic.* quam notant Bart. & Paul. de Castro, ibi, & Lanfr. de Orano cap. *Quoniam contra*, verb. *Interlocutoria*, n. 54. de *Probat.* & est text. in leg. 2. tit. 26. Part. 3.

(e) Ut in leg. 1. Cod. *Quand. provoc. non est neces.* & in leg. 4. tit. 26. Part. 3.

(f) Juxta text. in leg. 2. tit. 17. lib. 4. Recop. & tradit Avenda. in declarat. leg. 4. & 5. tit. De *las excepciones*, lib. 3. Ordin. n. 58. & Did. Per. in leg. 2. tit. 5. lib. 3.

Ordin. in gloss. 1. in princip.

(g) In *Pract. Quetzl.* cap. 25. n. 4.

(h) Secundum Bald. in leg. *Contra majores*, Cod. de *Inf. testam.* Ang. in leg. *Paulus*, §. *Heres*, col. 1. in fin. ff. de *Offic. Hypoth.* in singul. 152. & Didac. Perez ubi supr.

(i) In *Pract. Quetzl.* cap. 24. n. 7. & 8. & in cap. 25.

(j) Tradunt etiam Præpositus, & Franc. in cap. *Dilectio de Appel.* Didac. Per. ubi supr. & habetur in tit. 26. Part. 3. & in leg. 12. & 18. & 25. tit. 2. Part. 3. & aliquid per Monterros. in sua *Pract.* in secundo Tract. fol. 13. in fin.

„ y mando, que la dicha mi sententia se cumpla, y guarde, y execute, como en ella se contiene: y por causas, que à ello me mueven, no hago condenacion de costas. Así lo pronuncio, y mando por esta mi sententia, juzgando, &c.

Si verò à predicta sententia definitiva appellatum fuerit, & à sententia, in qua denegata fuit nullitas, & appellatio fuerit prosecuta: tunc pro cognitione praxis, que obser-

vatur in instantia appellationis, recurrendum erit ad Sextam Partem hujus primi Tomi, ubi agimus de secunda instantia; ceterum, si appellatum non fuerit, vel jam quod fuit, remansit deserta appellatio, ita quod sententia debeat executioni mandari, tunc pro cognitione praxis, que observatur circa predictam executionem, recurrendum erit ad quartam Partem hujus primi Tomi, ubi latè agimus de via executiva.

FINIS PRIMÆ PARTIS.

SECUNDA PARS HJUS PRIMI TOMI, DE ORDINE, ET FORMA PROCEDENDI contra reum contumacem in causis civilibus.

SUMMARIÆ SECUNDÆ PARTIS

PRIMI TOMI.

- 1 Actori contra reum contumacem quamplura remedia à jure præstantur.
- 2 Si actor per unum remedium, quod elegit, non fuerit satis prospectum, aliud eligere poterit.
- 3 Si actor elegerit capturam persone, potest, inculcata rei contumacia, mandatum petere, ut reus capiatur, vel ejus bona vendantur.
- 4 Actor, si eligat, ut procedatur ad sententiam, procedendum erit.
- 5 Communi jure, & Ecclesiastico proceditur ad sententiam, si actor velit, ita demum, si contumax fuerit reus post litem contestatam.
- 6 In foro seculari, & Regio jure proceditur ad sententiam, si actor petierit, etiam si reus ante litem contestationem contumax fuerit.
- 7 Differentiam inter forum Ecclesiasticum, & seculare primi, & secundæ decreti ponit Auctor.
- 8 In foro Ecclesiastico peremptoria citatio est necessaria, ut procedatur admissioem in possessionem.
- 9 In foro seculari, ut procedatur admissioem, unica tantum citatio requiritur.
- 10 In persona rei debet fieri ista citatio in foro seculari, ut procedatur admissioem.

- 11 Judices, qui del Crimen appellantur, cum cognoscunt de causis civilibus, ut procedant admissioem, sufficit, quod faciant citari reum ad domum ipsius.
- 12 In foro Ecclesiastico sufficit, quod reus compareat intra annum, & resarciat expensas, ut audiatur.
- 13 Regio jure tenetur reus contumax intra unum mensem comparere, & expensas resarcire, ut audiatur, quando actione personali fuit actum.
- 14 Quando actor fuerit missus in possessionem ex actione reali, reus comparere debet intra duos menses.
- 15 In foro Ecclesiastico, ut actor efficiatur verus possessor in actioni personali, missus esse debet ex primo, & secundo decreto.
- 16 Missio in possessionem ex secundo decreto non est necessaria de jure Regio, quia elapso uno mense in actione personali, & duobus in reali, missus in possessionem ex primo decreto efficitur verus possessor à lege.
- 17 Reus debet citari iterum, ad interponendum secundum decretum, sicut fuit citatus ad primum decretum, attentò jure Canonico, secus verò de jure Regio.
- 18 Debiti cognitio, qua præcedere debet

interpositionem secundi decreti de Jure Canonico, non est necessaria de Jure Regio.

19 In foro Ecclesiastico actor missus in possessionem rei petita ex actione reali, expellit reum contumacem a detentione rei, ut actor ea possit potiri; secus verò, si missus sit ex actione personali: licet contrarium servetur de Jure Regio.

20 Actor mitti debet in possessionem rei petita per Alguacellum, & Ministrum Judicis attentò Jure Regio.

21 Missio ex primo decreto de jure communi non potest fieri contra minorem: secus verò de Jure Regio.

22 Stylus, qui servatur in via procedendi in primo, & secundo decreto in foro saculari.

23 Actor in tribus audientiis successivè debet incusare contumaciam rei non comparentis, ut perveniat ad interpositionem primi decreti.

24 Actor, accusatis tribus contumaciis rei non comparentis, tenetur libellum suae actionis offerre, si ante rei citationem cum non obtulit, & petere in eo missionem in possessionem ex primo decreto, & jurare, quod petit, sibi debitum esse.

25 Actor offerens libellum suae actionis ante citationem rei, poterit postea petere per viam actus, inculcatis prius tribus contumaciis rei non comparentis, se mitti in possessionem rei petita ex primo decreto.

26 Sententia, qua Juxta pronuntiat actorem mittendum esse in possessionem ex primo decreto, quid continere debeat.

27 Missio ex primo decreto prius fieri debet in rebus mobilibus, & eis deficientibus, in immobilibus, quando agitur actione personali.

28 Actor, antequam mittatur in possessionem ex primo decreto, debet cautionem praestare de re restituenda cum fructibus, si reus intra terminum legis comparuerit.

29 Missio ex secundo decreto non est necessaria de Jure Regio, quando reus non comparuerit intra terminum legis, cum ab ipsa lege fiat.

30 Reo, in cuius bona actor fuit missus ex primo decreto, non tenetur ipse actor respondere super possessione, si terminus legis fuerit transactus.

31 Reus est citandus, quando bona, in quarum possessionem actor est missus, venduntur ex Judicis decreto.

(a) Arg. text. in leg. 1. §. Quid ergo, ff. de Vent. inspic. & tradit Bart. in leg. Constitutum, n. 17. Cod. Quom. & quand. jud. & Panorm. in cap. Prout, de Dul. & contum. num. 20.

SECUNDA PARS.

PRIMI TOMI.

Diximus octavo supra in Prima Parte hujus Primi Tomi in fine 3. Temporis, quod si reus citatus comparere noluerit, vel sine licentia Judicis a judicio contumaciter recesserit, actorem posse eligere unum ex remediis à nobis in presenti concessis: 1. sunt enim plura remedia à jure prodita actori adversus reum contumacem, quibus jus suum consequi valeat, quorum latissimo sermone meminimus in 2. part. Secundi Tomi statim post principium. Quo in loco assignavimus rationem, quare contra reum invitum proceditur, & quibus remediis, quae praesenti tractatu etiam condecunt: & ibi diximus, quae remedia magis in Tribunalibus Ecclesiasticis frequentantur.

In foro tamen saeculari communius praestatur remedium capture personae rei, vel remedium procedendi in causa usque ad sententiam definitivam, vel remedium missionis in possessionem ex 1. & 2. decreto, quod Hispano sermone *Via de assentamiento* dicitur: 2. & in electione actoris est uti quo maluerit, ut probatur in leg. 2. tit. 11. lib. 4. Recop. & uno electo, si per illud non fuerit satis sibi consultum, ad aliud redire poterit, (a) etiam procedatur adversus minorem contumacem, ut in leg. 3. tit. 11. lib. 4. Recop. & de supradictis tribus remediis fit mentio in leg. *Consentaneum*, Cod. *Quom. & quand. jud.* (b) 3. Et si actor elegerit primum remedium capture personae, pignorum, vel multa, inculcata contumacia rei in tribus audientiis, datur Alguacello mandatum, ut reum personaliter capiat, & in carcerem mittat, donec reus judicio sitat, vel ad hoc, ut pignora eidem capiat, & distrabantur in publica subastatione, & ex pretio creditoribus satisfiat. 4. Sed si actor elegerit secundum remedium de procedendo in causa usque ad sententiam definitivam, tunc in eo erit procedendum, ut diximus in dict. 2. part. secundi Tomi paulò post principium, ibi: *Tunc poterit actor eligere.*

5. Qua in re advertendum est, quòd licet de *Jure Communi*, & in foro Ecclesiastico non detur actori, nisi quando reus fuit contumax post litem contestatam; 6. tamen de *Jure Regio*, & in isto foro Saeculari datur etiam actori, quando reus fuit contumax ante litem con-

(b) Et ibi notat Bart. Bald. & Salic. & Boer. in Reper. illius leg. volum. 8. Diverforum Doct. & Panorm. in dict. cap. Prout, num. 18.

contestatam. (c) Ceterum, si actor elegerit tertium remedium missionis in possessionem, ex 1. & 2. decreto, id est: *Via de assentamiento*, tunc circa illud erunt animadvertenda omnia illa, quae resolvimus in dict. 2. part. 2. Tomi, quae etiam ad istum tractatum conferunt: 7. & solummodo in praesenti erunt constituenda differentia inter forum Ecclesiasticum, & istum Saeculare circa praedictum remedium.

8. Et in primis, quatenus ibi resolvimus, necessariam esse peremptoriam citationem ad missionem in possessionem ex 1. decreto; 9. in isto tamen foro Saeculari de *Jure Regio* necessaria non est peremptoria citatio, sed sufficit citatio unica, qua reus citatus fuit in causa principalis, ad hoc ut libello actoris responderet, ut probat text. in leg. 1. tit. 11. lib. 4. Recop. Per quem subblata sunt verba illa, quae olim apponebantur in leg. 1. tit. 9. lib. 3. Ordin. ibi: *Por tres emplazamientos*, &c. Et juxta dict. leg. Recop. intelligenda est leg. 108. tit. 18. Part. 3.

Secunda differentia est, quod quamvis de *Jure Communi*, & in foro Ecclesiastico illa peremptoria citatio fieri debeat in persona rei, si inventi possit, alias sufficiat ad domum rei fieri: 10. tamen in isto foro Saeculari, ad interponendum primum decretum requiritur, quòd illa unica citatio, quae in causa principali fieri debet, in persona ipsius rei fiat, per text. in dict. leg. 1. tit. 11. lib. 4. Recop. Quidquid contradicat Avendanius, (d) cujus tamen opinio salvari potest, & procedit in iudiciis criminum existentibus in Cancellariis Regis Valiliolenti, & Granatae, quos vulgo *Ahaltes del Crimen* dicimus: 11. hi enim in causis civilibus, de quibus cognoscere possunt admissionem faciendam ex 1. & 2. decreto non requirunt, quòd reus sit citatus in persona, sed tantum ad domum: quam praxim praedictos Judices servare testatur Monterrosius (e) Judices tamen Tribunalium Inferiorum observare debebant rigorem, dict. leg. 1.

12. Tertia differentia est, quòd licet in foro Ecclesiastico sufficiat, quòd reus intra unum annum compareat, praestando expensas, & cautionem de stando, & parendo, ad hoc ut recuperet possessionem bonorum, in quam fuerat missus actor: 13. tamen in foro Saeculari de *Jure Regio* reus tenetur comparere intra unum mensem cum expensis, & cautione, quando actor fuerit missus in possessionem ex

actione personali: 14. quando verò fuerit missus ex actione reali, reus comparere debet intra duos menses, ut probat text. in dict. leg. 1. tit. 11. lib. 4. Recop. per quam legem corrigitur text. in leg. 6. tit. 8. Part. 3. ubi dabantur reo quatuor menses ad comparendum.

15. Quarta differentia est, quòd etfi de *Jure Communi*, & in foro Ecclesiastico necessaria erat missio in possessionem ex secundo decreto, in actione personali, ad hoc ut actor efficeretur verus possessor, & in actione reali ad effectus, quos ibi notavimus in fine secunda praenotationis, quando reus intra terminum juris unius anni, vel intra terminum à Judice assignatum non comparuit, cum cautione, & solutione expensarum; 16. tamen in isto foro Saeculari de *Jure Regio* necessaria non est ista missio in possessionem ex secundo decreto, sed statim, elapso uno mense, in actione personali, & duobus mensibus in actione reali, missus in possessionem ex primo decreto efficitur verus possessor ab ipsamet lege. (f) 17. Ex qua differentia suboritur alia differentia, nempe, quòd licet in foro Ecclesiastico ad interponendum secundum decretum reus debeat iterum citari, sicut citatus fuit ad primum decretum; tamen in foro Saeculari de *Jure Regio* haec secunda citatio necessaria non est, cum interpositio secundi decreti non requiratur, ut colligitur ex dict. leg. 1. tit. 11. lib. 4. Recop.

18. Consequitur etiam, quòd quamvis in foro Ecclesiastico ad interpositionem secundi decreti requiratur semiplena cognitio de debito; tamen in foro Saeculari de *Jure Regio* haec semiplena cognitio necessaria non est: quia ipsamet lex missionem ex secundo decreto facit, ut constat ex dict. leg. 1. tit. 11. lib. 4. Recop.

19. Septima differentia, quòd etfi in foro Ecclesiastico actor missus in possessionem rei petita ex actione reali expellat reum contumacem a detentione rei, ut actor ea potiri possit (quòd secus est si missus ellet ex actione personali); (g) tamen in foro Saeculari actor missus in possessionem, tam actione reali, quam personali expellit reum à possessione rei, & aufertur de manu ejus, & traditur actori, ut colligitur ex verbis dict. leg. 1. ibi: *Que sea puesto el demandador en tenencia de tantos bienes*, &c. & hanc differentiam agnovit Avendanius. (h)

(c) Juxta text. in leg. 1. tit. 11. lib. 4. Recop. & idem de stylo observatur in Gallia, secundum Boerium in dict. leg. *Consentaneum*, n. 33.

(d) In Tract. 1. & 2. decreti; 3. part. n. 12. versic. Et non putet quis.

(e) In sua Pract. tract. 2. fol. 29. pag. 1.

(f) Ita probat text. in leg. 6. tit. 8. Part. 3. & in leg. 1. tit. 11. lib. 4. Recop. & ita firmat Avend. ubi supr. n. 9. in vers. Item per istam leg.

(g) Secundum glossam in cap. Quoniam frequenter, §. in alis, verb. Tadio, & ibi Panorm. n. 24.

(h) Ubi supr. 3. part. n. 5.

20. Oclava differentia est, quod licet de *Jure Communi* controversum esset, an de licentia, & commissione Judicis actor propria auctoritate intra re possit in possessionem rei; tamen de *Jure Regio* predicta controversia sublata est ad obviandas rixas, & scandala: & statutum est, quod per Alguacellum, & Ministrum Judicis actor ponatur in possessionem, ut colligitur ex text. in leg. 2. tit. 8. Part. 3. & ex dict. leg. 1. ibi: *Sea pueño, &c.* 21. Ultima differentia est, quod quamvis de *Jure Communi* missio ex *primo decreto* fieri non possit contra minorem, (f) tamen in foro Saculari de *Jure Regio* missio ex *primo decreto* contra minorem fieri potest in casu leg. 3. tit. 11. lib. 4. Recopil. Hæ sunt differentia, quæ brevi compendio cumulari poterunt, & quæ ex resolutis in dict. 2. part. 2. Tomi colliguntur: in reliquis vero in utroque foro observanda erunt, quæ ibi resolutimus circa hanc materiam, *primi, & secundi decreti.*

22. Unde descendendo ad ordinem, & formam procedendi, & fulminandi processum in ista via *primi, & secundi decreti* apud Tribunalia Sacularia, dicendum erit, quod postquam reus in persona fuit citatus ad respondendum actori in negotio principali, actor in termino citationis comparere debet coram Judice inculpans contumaciam rei, & Judex respondet quod *pro incusata habet*: & deinde in alia audientia actor comparere coram Judice, & incusat secundam contumaciam reo, Judexque respondet *pro incusata habere*: & denique actor in alia audientia comparere incusans tertiam contumaciam reo, quam etiam Judex *pro incusata habet*: 23. & ita successively actor in predictis tribus audientiis incusat tres contumacias reo, secundum magis communem stylum Tribunalium hujus Regni, ut inquit Monterrosus. (j) Sed mihi videtur ipsum loqui juxta leg. antiquam 1. tit. 9. lib. 3. Ordinam. ibi: *Por tres emplazamientos, &c.* ac ideo mirum non est, si tres inculpationes contumaciæ requiratur; sed cum jam *hodie* per dict. leg. 1. tit. 11. lib. 4. Recopil. unica tantum citatio in persona rei sufficiat, crederem unicam etiam inculpationem contumaciæ sufficere, qua in re tamen stylus uniuscujusque Tribunalis observandus erit.

24. Factis igitur predictis inculpationibus contumaciæ, si actor ante citationem rei non obtrulerat Judici suum libellum actionis, te-

netur statim illum offerre, in quo proponere debet suam actionem adversus reum, petereque missionem in possessionem *ex primo decreto*, & in fine jurare rem, vel quantitatem, quam petit, debitam sibi esse: & tunc libellus concipiendus erit forma, qua diximus in dict. 2. part. 2. Tomi, in libello per viam petitionis sermone Hispano ibi descripto, mutatis mutandis. 25. Si vero actor libellum suæ actionis ante citationem rei coram Judice proposuerat, tunc, inculpatis predictis contumaciis, per viam actus petere debet, *se mitti in possessionem ex primo decreto* in illa re, vel quantitate quam petit, & in illo actu jurare debet, *illam rem, vel quantitatem sibi debitam esse*; quam petitionem per viam actus formabit eo modo, quo in dict. 2. part. diximus, in petitione per viam actus incipienti. *En la Ciudad de Salamanca, &c.* mutatis mutandis: 26. & tunc Judex, visis citatione inculpatione contumaciæ, & juramento actoris, profert sententiam interlocutoriam, qua pronuntiat *reum contumacem esse, & illum condemnat juxta petitionem actoris*: decernit, & mandat: quod *actor mittatur in possessionem* illius rei, quam petebat, si actione reali agebat: & declarat, *quod si illa res inveniri non possit*, quia forte reus dolo desit possidere, *quod missio fiat in vera estimatione rei ad instar actionis personalis*. (k) Si autem actor agebat actione personali, Judex tunc in sua sententia decernit, *actorem mittendum esse in possessionem bonorum contumaciæ* pro quantitate debiti, & expensarum, & committit Alguacello suo, *quod actorem mittat in detentationem actualem bonorum contumaciæ, & quod intimet reo, si inveniri possit, vel in domo ejus, si non inveniatur; quod si comparuerit coram Judice intra triginta dies, si actum fuerit actione personali, aut intra sexaginta dies, si actum fuerit actione reali, reficiendo expensas, & prestando cautionem resistendo, & parendo, quod cum audiet, &c.* Hanc praxim præscribit Monterrosus ubi supra.

Ego vero existimo, hanc ultimam citationem superfluum esse, nec à dict. leg. 1. requiri; sed si eam stylus Audientia observaverit, omittenda non erit, & sententia interlocutoria Judicis de mittendo actorem in possessionem *ex primo decreto* erit formanda, sicut diximus in dict. 2. part. 2. Tomi, in versu. Sententia interlocutoria de *assentamiento* ex pri-

primo decreto, mutatis mutandis, præterquam quod in hac sententia non erit coartandus terminus unius, vel duorum mensium in dict. leg. 1. præscriptus, cum satis brevis sit, licet Judex illum breviter possit, sicut scripsimus in dict. 2. part. 2. Tomi.

Et lata predicta sententia à Judice, Minister ejus, & Tabellio causa accedunt ad locum, ubi cit res petita, quando agebatur actione reali: 27. vel quando agebatur personali, accedunt ad domum contumaciis, & faciunt predictam missionem in rebus mobilibus, & in eorum defectum in immobilibus, & eis deficientibus in juribus, & actionibus, juxta ordinem positum in leg. 2. tit. 8. Part. 3. & in dict. leg. 1. tit. 11. lib. 4. Recopil. & predicta bona Alguacellus deponit penes aliquem tertium coram Tabellione. 28. Quo facto, actor comparere coram Judice petens, *quod mittatur in possessionem* illorum bonorum, in quibus facta fuit missio ab Alguacello: & tunc Judex præcipit, *quod mittatur in possessionem* eorum, ut ea detineat, & custodiat, præstita prius ab eo cautione de illa restituendo cum fructibus, si reus intra terminum legis comparuerit: quam cautionem actor præstat, cum eam præstare teneatur, ex resolutis in dict. 2. part. 2. Tomi post predictam sententiam interlocutoriam.

Et cautione præstita, mittitur actualiter in predictam possessionem, & si reus intra terminum unius mensis in actione personali, vel duorum mensium compartierit præstans cautionem de *stando, & parendo, & solvens* expensas, tunc proceditur, ut diximus in dict. 2. part. 2. Tomi, post predictam sententiam in-

terlocutoriam. 29. Si vero non comparuerit intra terminum legis, in isto foro Saculari non est necessaria missio in possessionem *ex secundo decreto*, cum ab ipsamet lege fiat, juxta ea, quæ supra resolyimus: 30. & ita elapsis terminis dictæ legis, efficitur actor verus possessor, & non tenebitur respondere reo super possessione rei petite, in qua fuerat missus, si agebat actione reali; sed tantum super proprietate rei respondere debet: si vero ex actione personali missus fuerit actor, in ejus optione erit, vel predicta bona possidere pro suo debito, vel à Judice petere, quod *vendantur, & ex pretio solvantur* sibi debitum cum expensis. Et si bona minus debito valuerint, reus ex aliis bonis teneatur supplere, & solvere. (l)

31. Ad quam venditionem faciendam reus erit citandus, si inveniri possit, alioquin ad domum sufficere citationem fieri, ut probat text. in dict. leg. 6. & fin. tit. 8. Part. 3. & tenet ibi Gregorius Lupus: juxta quam legem erit intelligenda dict. leg. 1. tit. 11. lib. 4. Recopil. dum ea non requirit citationem contumaciis, ad hanc venditionem bonorum faciendam. Que venditio fieri debet, præcedente probatione de debito per publicum instrumentum, vel per duos testes, (m) & tunc bona vendi debent in publica subhastatione, sub tribus præconiis in rebus mobilibus: & tertio quoque die quolibet præconium dari debet, ita quod, transactis decem diebus, bona dentur plus offerenti. (n) In bonis vero immobilibus, nono quoque die quolibet præconium dari debet, ita quod, transactis triginta diebus, bona plus offerenti dentur. (o) Et hæc sufficiant pro ista secunda parte.

(l) Juxta text. in leg. 6. tit. 8. Part. 3. & in leg. 1. tit. 11. lib. 4. Recopil. & facit leg. 6. tit. 27. Part. 3.

(m) Secundum Gregor. Lup. in leg. 6. tit. 8. Part. 3. verbo. *Debito fuerit, &c.*

(n) Juxta text. in leg. 5. tit. 5. Part. 5. & ibi Gregor. verbo. *Dixit alius, &c.*

(o) Juxta text. in leg. 6. tit. 8. Part. 3. & facit text. in leg. 19. tit. 2. lib. 4. Recopil.

FINIS SECUNDÆ PARTIS PRIMI TOMI.



(i) Ut resolvit Uzcurrus in leg. *Si finita*, §. *Julianus*, col. 83. ff. de *Damm. infect.* & Avend. de *Primo, & Secundo decreto*, §. part. n. 8.

(j) Ubi supr. pag. 2.

(k) Argum. eorum, quæ notantur in Auth. de *Estib. reis*, §. *Si vero quidam*, Collat. 5. & est text. in leg. 2. tit. 8. Part. 3.